

S C H E M A  
S Y S T E M A T I S  
T H E O L O G I C I,

Q V O D

IN PRAELECTIONIBVS ANTEMERIDIANIS  
TERTIO HOC ANNO SCHOLASTICO  
A B S O L V E T V R  
IN CATHOLICA VNIVERSITATE  
A N G L I P O L I T A N A.

A N N O   1 7 8 4 .



A N G L I P O L I ,

T Y P I S S E B A S T I A N I V A L E N T I N I H A E R B E R G E R ,  
U N I V E R S I T A T I S T Y P O G R A P H I ,

R E V E R E N D I ,  
D O C T E R S I M I L D O M I N I  
A V D I T O R E S !

Quo ordine hactenus, quamque curato Systematis nexu in studio nostro theologico per biennium simus progresuli, non abs re fore, aut male consultum iudico, Vobis D. D. A. A. huius tertii anni scholastici initio breuiter exponere cum propter eos, qui Sacrae Theologiae nouiter se consecrant praeteritorum plane ignari, tum etiam propter illos, quibus forsitan infida, vt solet, memoria non satis fideliter, et ordinatim ea omnia reuocat, quae iam vno, alteroue anno publicis in scholis explicari audiuérunt. Placeat igitur animis a Veritate non alienis percipere tam illa, quae iam antea ex hac cathedra dixi, in summan contrahentem, quam ea, quae adhuc dicturus sum, praenūciantem.

Duce Compendio celeberrimi Viri P. Gazzanigae Authoris nostri scholastici, sic in Christianae Religionis studium ingressum fecimus, vt primo loco generatim de Religione diceremus, quid sit, quinque hominibus non tantum utilis, verum etiam necessaria. Dein reuelatam a Deo dari posse Religionem, eamque actu existere ex tribus potissimum notis, videlicet ex Miraculis, Prophetiis, ipsaque interna doctrinae Diuinitate contra Naturalistas ostendimus, insuper has easdem Veritatis diuinae notas nulli alteri Religioni praeterquam foli Christianae esse proprias. Inde ex mundi historia veteris illius Iudaicae, et nouae legis Christianae originem esse genuinam monstrauimus, hisque Scriptis, et antiquorum Patrum in fide conspirantium traditae doctrinae diuinam aequē competere auctoritatem. Denique controuersiarum, quae inter tam diuersa hominum plerumque malo affectu

affectu abreptorum studia de legis interpretatione oriri solent, necessarium esse iudicem, id quidem facile perspeximus, talemque statuimus vniuersalem Ecclesiam, id est Corpus cum suo Capite, Christi in terris Vicario coniunctum.

Posito hoc quasi fundamento, et rebus hisce, quae summi omnino momenti sunt, haud sane perfunctorie, sed quam fieri poterat, diligentissime pertractatis, tum vero ex reuelatis fontibus de Deo tractare incepimus, eiusque existentia, ac singulis perfectionibus, quas quidem perspicere hominibus licet, demonstratis primi anni curriculum absoluimus.

Altero anno Mysterium Sanctissimae Trinitatis in veteri Testamento obscurius, in nouo quam clarissime reuelatum, singulariter autem *Fili* diuinitatem omni, quo poteramus, firmissimorum argumentorum adparatu aduersus veteres Arianos, et nouos Socinianos per primum semestre vindicauimus. A Deo ad res creatas progressi hoc adspectabile Vniuersum ex nihilo fuisse creatum, et intra sex dies sapientissime ordinatum docuimus. Tum in specie de Angelorum creatione, ac malorum quidem lapsu et malitia, de bonorum vero erga nos pietate et officiis loquuti ad hominum creationem nos conuertimus, et alterum conclusimus fenestre primorum parentum peccatum, atque inde propagata in Vniuersitatem hominum originalem maculam, eiusdemque effectus deplorandos contemplati.

Tertius nunc annus scholaisticus est D. D. A. A. quem Deo propitio, & auspice inchoamus, quo etiam pro absoluenda Theologia constituto telam cepti nostri Systematis oportet perficere. Quam ob rem ut omnibus etiam ipsis, qui non defunt, malevolis manifestum sit relichto licet tempore Vacationis filo, attamen haud quaquam abrupto nostras denuo connecti praelectiones; praevio hoc schemate, quod quidem propter duram temporis, in quo viuimus, necessitatem a linea directrice Authoris nostri longius discedet opportune

portune tamen crediturum, ante oculos omnium ponere constitui materias in Collegiis nostris antemeridianis cum studii theologici cursu hoc anno absoluendas.

I.

De ultimo fine hominis, qui solus Deus est.

2.

De humanae animae spiritualitate.

3.

De eiusdem libertate.

4.

De immortalitate animae.

5.

De proemio, vel poena mortem corporis immediate subsequente.

6.

De generali corporum resurrectione ad iudicium universalis.

7.

De fine mundi, et adiunctis.

8.

De fabuloso regno Milleniariorum, cuius umbram hodierno aeuo quidam resuscitant.

9.

De inaequalitate retributionis aeternae pro diuersitate meritorum.

10.

De causa meriti, et necessitate Mediatoris.

11.

De necessaria fide omnium temporum in Redemptorem.

12.

De Messia per Prophetas praedicto.

\* Inde ab aduentu Saluatoris in carne incipiunt materiae praelectionum pomeridianarum.

Professor Froelich.